

Actuū apostolorum

mibi deus nullū hominē immūdū esse p̄t qd̄ sine dubitatōe veni accersitus. Interrogo ergo quaz ob causam accersistis me. Ad quē cornelius. Anudi⁹ quarta die orabam hora nona ī domo mea. Ac si diceret. Quarta die ab hac hora h̄m in nouationē dierū. Prima enī die vidit angelū 7 misit nūci os secūda venerūt nūcij ī ioppen. tertia profectus est petrus cum eis. 7 illa nocte remanserunt in via. quarta venerunt cesaream 7 ecce vir stetit ante me in veste candida. et ait. Corneli exaudita est oratio tua. et elemosyne tuę a deo acceptę. mitte in ioppen. 7 accersi simonē qui cognomiat⁹ petrus. 7 statim misi ad te 7 tu bene fecisti veniēdo. Nunc ergo omēs assumus in p̄spectu tuo p̄mpte obedi retibi in omnib⁹ quecunq; p̄cepta sūt tibi a domino. Tunc petrus aperiens os suū dixit. Nunc in veritate comperi quoniā nō est personaz acceptor deus. nunc discernit inter iudeos 7 gentes. sed in omni gente qui timet deū 7 opatur iusticiā accept⁹ est illi. Vos scitis q̄ iohannes p̄dicauit iesū a nazareth. scitis etiam q̄ factū est verbū. i. p̄dicatio euangelij p̄ vniuersam iudeā. incipiens a baptismo iohannis quo baptizatus est iesus. postea p̄sequēs quomodo vnxit eum deus spiritul sancto et virtute q̄ p̄trās sit bene faciendo 7 sanando omnes a diabolo oppressus. Et nos testes sumus oīm q̄ fecit in regione iudeoz. 7 q̄ eum suspendērūt in ligno. et tertia die suscitātū a deo. Cuius nos testes sumus qui manducauim⁹ 7 bibimus cū illo postq̄ resurrexit a mortuis. quibus p̄cepit predicare populo 7 testificari qz ipse est qui constitut⁹ est a deo pater iudex viuoz et mortuoz. quia dedit illi omne iudicium. Nec nos solum sed etiaz omnes p̄phetę illi testimoniū perhibent. qz omnes p̄ nomen eius remissionē peccatoz accipiunt qui credunt in eum.

Quib⁹ p̄travit corneliū et eos quicum eo erant.

Capitulum .LIII.

Thuc loquēte
petro h̄ba hęc. cecidit spiritul san

ctus. et descendit repēte sup omnes q̄ audiebant verbū. Utrū aut in igneis linguis v̄l in alia specie visibili descenderit incertū est. Et obstupuerūt qui erant cū petro fideles de circūcisione. quia etiam in nationes. id ē in gentes gratia spūs sancti effusa est. Audiebant enī eos loquētes linguis 7 magnificātes deum. Tunc respondit petr⁹. Nunquid a quā quis p̄hibere potest vt nō baptizarentur hi qui spiritul sanctū acceperūt sicut et nos. qd̄ maius ē q̄ baptizari. Et inssit eos baptizari ī noīe xp̄i. Hęc forma baptismi a domino traditam p̄ dilatazione nominis xp̄i. In quo noīe intelligitur ipse qui vnct⁹ est. et pater a quo vnctus. et spūs sanct⁹ quo vnctus est. Tunc rogauerunt eū. Et māsit rogatus cum eis aliquot diebus. in quib⁹ primo creditur vsus fuisse cibis gentilium. Unde postea redargut⁹ est. Dilata tumq; ē vbiq; 7 delatum vsq; ad fratres qui erāt in iudea. quia gentes receperant v̄bum dei. Et hic fuit primus transitus p̄ticularis ap̄lorum ad gentes ī quo conuersus est corneli⁹ cum familia sua.

Quo redargut⁹ est petr⁹ a xp̄ianis
Capitulum .LIII.

Um aut ascen

disset petrus hierosolymā. discipabant aduersus eū fideles de circūcisione dicētes. Quare introisti ad viros prepuciū habentes. 7 manducasti cū illis q̄i dicerent. In duob⁹ p̄tra legē fecisti. quia intrasti ad eos. 7 qz cibis eoz cousus es. Tūc incipiens petr⁹ exposuit eis p̄ ordinē oīsam a deo sibi visionē 7 quō apparuerat angel⁹ cornelio. Et in tota p̄secutione nō addidit nisi vnū v̄bum qd̄ dictū est cornelio. Mitte 7 accersi simonē qui cognomiat⁹ petr⁹. vbi addidit. q̄ loquet tibi h̄ba quibus saluus eris tu 7 vniuersa dom⁹ tua. Et ex eo qd̄ statim subdidit. cecidit spūs sanct⁹ sup eos sic et sup nos ab initio. Presumit q̄ sup corneliū 7 familiā suā descēderit spūs sanct⁹ in linguis igneis sicut descēderat sup ap̄los die p̄tecostes. Et tūc inquit recordat⁹ sum verbi dñi qd̄ nobis dixit Iohānes qd̄ dem

Historia

baptizauit aqua. vos autem baptizabimini spiritu sancto. Videns hoc impletus in cornelio et in familia sua. Audita petri excusatione multiplici. destiterunt ab increpatione eius. et gratias egerunt saluatori. et ita impleta est propheta iob. Ab aquilone ueniet aurum. et ad deum formidolosa laudatio. Id est. pro congelatione infidelitatis gentiles comparabiles aquiloni qui in tenebris erant. id est in cecitate animi percipient lucem fidei pro quarum illuminatione diriguntur ad deum formidolosa laudatio. quia pro inopinata et repentina gentium conuersione fideles de iudaea timentes glorificauerunt deum.

De continuatione historie.

Capitulum. LV.

Hinc creditur

Historia ad ordinem suum. Quod enim insertum est de philippo petro et iobanne et paulo. postquam supra dictum est. igitur qui dispersi erant pertransibant euangelizantes uerbum dei. quasi incidens fuit. Prosequitur ergo in hunc modum. Et illi qui dispersi erant a tribulatione que inceperat a morte stephani pambulauerunt usque ad phenicem prouinciam syrie occidentalem et ciprium. nemini loquentes uerbum nisi solis iudeis. Erant autem quidam cum eis de cipro et cyrene. Qui cum introissent antiochia loquebantur ad grecos. annunciantes dominum iesum. et erat manus domini cum eis. Et multus numerus credentium conuersus est ad dominum. Super hunc locum dicit beda. quia post reuelationem sindonis cepit ecclesia crescere. Unde conicitur quod species sindonis uel linthei uidit petrus in uisione. cum alibi dicat uas fuisse. alibi discus. Delatus est autem ad aures ecclesie que erat hierosolymis de conuersione antiochenorum. et volentes plene certificari. miserunt barnabam in antiochiam. Qui cum uenisset et uideret gratias domini. gaudius est et exhortatus est omnes ut in proposito cordis manerent in domino. qui erat uir bonus. plenus spiritu sancto et fide. Et dicit super hunc locum rabanus. barnabam ideo multipliciter commendatum. ne putetur pro indignatione sua amisisse apostolatam

Et erat rabanus in ea opinione secundum quam dicitur barnabas ille super quem piecta est soris cum matthia. postea tamen cum paulo in apostolatam electus est. Nos aliam sequimur opinionem. Videns autem barnabas quod non sufficeret ad erudiendam tantam multitudinem. uenit tharsus. ut quereretur saulus. et inuentum produxit antiochiam et per annum uersati sunt ibi. et uocuerunt turbam multam. Et tunc primo sequaces christianae religionis capite denotati sunt christiani. qui prius dicebantur discipuli. et fuit institutio gentiliu satis elegans. Visum est enim incongruum et indecens gentilibus ad fidem uersis. sequaces christianae religionis communi nomine censerent. Sed potius denominatos esse a nomine magistri. sicut in sectis philosophorum sequaces denotabantur a nominibus magistrorum. ut ab epicuro epicuri. In his autem diebus superuenerunt prophetae a hierosolymis antiochia. Et surgens ex eis unum nomine agabus. prophetauit per spiritum sanctum famem futuram in uniuerso orbe terrarum. et maxime in iudaea que facta est sub claudio scilicet quarto anno claudij.

De collecta pauperibus facta.

Capitulum. LVI.

Hinc proposuerunt

discipuli facere collectam. ut daret unusquisque pro modulo sue facultatis. et mitterent aliquid pauperibus qui erant in hierusalem. qui uenditis omnibus posuerant precia ad pedes apostolorum ut premunirent eos contra famem. Et tunc primum facta est collecta in uisum pauperum que missa est per barnabam et paulum in hierusalem.

De morte iacobi minoris.

Capitulum. LVII.

Quo tempore misit

herodes rex manus ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem iacobum fratrem iohannis gladio. Ut autem intelligatur locus iste de quo scilicet herode sit accipiendum. expedit ad tempus pretermittere historiam actuum apostolorum. et persequi historiam romanorum imperatorum

Actuum apostolorum

Non est putandū hunc fuisse herodē tetrarcham qui cognōiatus est antipas. sed herodem agrippam. ille enī nō fait rex. sed tetrarcha. ille scz filius magni herodis qui consensit pilato de necē dñi. qui remisit eū pilatū indutū veste alba. qui iam deportatus fuerat in exiliū viennā. et ibi mortuus est. Pilatus ergo mortuū iam erat. qui vt a principio huius historie pretaxatus est. anno. xix. imperij tyberij cesaris erat procurator iudee vitellio preside syrie. et accusatus est in multis apud tyberium. Accusatus est a iudcis de violenta innocentū interfectione. Accusatus est etiam q̄ iudcis reclamantibus ponebat imagines gentiliū in templo. Accusatus est etiam quia pecuniam repositam in corbonan redegerat i vsus suos. idē faciēs a quē ductū in domū suā. Et p̄ his omnibz deportatus est in exiliū lugdum vñ oriundus erat vt ibi in opprobriū generis sui moreret. Et de quia musac erat arca in qua reponebant donaria regū vel principum. corbonan in q̄ reponebantur donaria sacerdotum ad reficienda sartatecta templi. Sacrophilatiū in quo reponebant donaria transeuntium.

Quis fuerit substitutus procurator mortuo pilato. Ca. .LVIII.

Mortuo pilato

substituit vitellius fratrē suū procuratorē iudee. Et volens placere iudcis satisfecit voluntati eorū in quibus daz. s. de amotione cayphe. et promotione filij anne. quia ad petitionē eorū amouit cayphā a sacerdotio. et substituit filium anne quā iam mortuus erat. reddiditq̄ ei stolā scilicet solennē et antiquā quā debēbat habere sacerdos in potestate sua. vt ea vteret in festiuis diebus. Pilatus quo transtulerat eas in domū suam. et cum in festiuis diebus necessaria erat sacerdoti. nō poterat eam habere nisi precio precedēte. Tempe tyberij mortuus est philippus tetrarcha ituree et traconitidis regionis fater herodis tetrarche mortuus est etiam lysanias tetrarcha abiline. Et ita vacabant duz tetrarche. et aspirabat

herodes agrippa ad alterā earum.

De proposito herodis agrippae
Capitulum. .LIX.

Rat autē hero

des agrippa vir magnanimus et bellicosus sed pauperrimus. nepos herodis tetrarche. et frater vxoris eius herodiadis. Fuit enim filius aristoboli filij magni herodis. et ipsa filia eiusdē. Disposuit ergo venire romā. si forte posset impetrare a tyberio alteram tetrarchiam vacantiū. Cumq̄ venisset romam videns eum tyberius militē strenuissimum retinuit eum secum. fecitq̄ adherere filio suo druso. cui iam in vita sua contradiderat imperium. Nec est iste drusus ille qui dormit moguntie. Erat autē herodes agrippa vir magnę liberalitatis. et vt sibi conciliaret animos romanoꝝ multa expendebat. et multis debitis se obligauerat. et vt tradit iosephus. non fuit homo in quo mutabilitas fortunę a deo posset reprehēdi. Primo in hoc male ei contigit. quia mortuus est drusus filius tyberij. de cuius morte adeo inconsolabiliter doluit tyberius. vt omnes a presentia sua amoueret qui familiariter adhaerant druso. ne reducerēt ei ad memoriam mortem eius. Et compulsus est herodes agrippa redire in iudeam. et desponsus pre nimia paupertate intrauit turrim vt ibi afficeret se fame. et ita moreretur. Quod significauit vxor sua sorori ei? herodiadi vxori herodis tetrarche. quā supplicauit viro suo vt reuocaret eum a turri et daret ei necessaria. Et acquieuit ei et statuit eum in tyberia de. et ibi assignauit ei domū. et dedit ei necessaria vite. Et quadam die cū esset herodes tetrarcha in tyberia de. et epularetur. factus hilarior solito. quia incaluerat mero. cepit improperare herodi agrippę qui epulabatur cum eo. beneficia quę contulerat ei. scz quę liberauerat eus a peste famis. Et doluit inde agrippa ultra modum. et disposuit iterū redire ad tyberium. si forte inueniret animus eius immutatus. Et in reditu eius inuenit eum petronius vel tyberius. et honorifice receptus est ab eo. et venit cum eo romam.

Et cum haberet tyberius duos nepotes alterum de filio truso id est tyberium et alterum de fratre germanico scilicet gainum. nolebat sibi substituere filium filij quia magis diligebat eum.

De causa inuidie tyberii et herodis agrippae. Capitulum. LX.

Erodes autem

b agrippa magis diligebat gainum et familiariter adhaerebat ei. vñ sibi suscitauit indignationem tyberij latentem. quam nondum ei indicabat. sed latens odium in corde reseruabat. Quadam autem die cum sederet agrippa in curru suo cum gaio lenatis manibus in celum dicebat. Utinam viderem mortem impotenti senis. et te dominum totius orbis qui idoneus es imperare vniuerso orbi. Hoc audiuit quispiam scilicet aueiga ipsius agrippae. qui post aliquot dies cum damno rerum agrippae aufugiens. captus est et vinculatus. Et dum traheretur ad carcerem petijt duci ad imperatorem dicens. quia in aure loqueretur ei. quod esset ad eius vtilitatem. Et presentatus est imperatori. et dixit ei consulto. quia sic optauerat agrippa mortem eius et dominum gainum. Tiberius autem multum curabat verba vinculatorum. et detrusus est ille in carcerem. Et cum sepe instaret agrippa vt iudicaretur et occideretur. respondit tyberius. Frater sufficit tibi quod vinculatus est. et ita differebat. Quia vt refert iosephus. in omnibus negocijs suis morsus erat. Unde cum statuerat procuratores in prouincijs vix aut nunquam mutabat eos. Et cum sepius questum esset ab eo. quare scilicet non mutaret procuratores. respondit se in hoc parcere plebeculae. Scientes enim procuratores se ad modicum habere procuracionem. emungunt vsque ad sanguinem. et tanto dominantur gradus quanto breuius. et qui recentes superueniunt. dissipant quicquid inueniunt. Quod ostendite eis exemplo cuiusdam vulnerati. qui cum iaceret in via. et non amoueret multitudinem muscarum a vulnere. superueniens alter putauit. quod hoc obmitteret ex imbecillitate. et abegit muscas quae operuerant vul-

nus. Ad quem ille. Male fecisti mihi. quia muscae quas amouisti iam plene erant sanguine et parcius molestabant me. quae autem recentes superueniunt. acriter pungent me. Sic et procuratores vel officiales recenter substituti acriter deserviunt in subditos.

In quo herodes offedit tyberium. Capitulum. LXI.

Quoniam quadam

c die more solito incitaret agrippa tyberium vt traheretur auriga eius de carcere. misit tyberius id ipsum ei non expedire. cum in presentia ipsius vellet eum vinculatum accusare. Et cum in nullo sibi conscius esset agrippa. testatus est se velle vt extraheret et accusaret eum. Eductus ille de carcere. arguitur eum de crimine lese maiestatis. quod orauerat mortem imperatoris. Tunc ait tyberius carcerario. Liga hunc. Intellexit carcerarius hoc preceptum esse de eo qui ductus fuerat. et ligatum retrusit in carcerem. Quadam autem die dum deambulare tyberius in ipodromio id est in circo equorum. et teneret agrippam per manum vocato carcerario dixit ei. Liga hunc. Et miratus est ille et vniuersi qui preciperet agrippam ligari. cum purpuratus incederet. et quod erat regio semine. Cum autem duceret agrippa ad carcerem. patiebatur sitim in tolerabilem. quia splendide comederat. et forte occurrit ei portitoraque. et dedit ei bibere. Et postquam refocillatus est permisit ei. quod in proximo remuneraret eum in regno gaini. confidens quod in proximo gainus esset regnaturus. et positus est in carcere. Et dum quadam die in carcere manens staret innixus arbori cuius frondibus insidebat bubo. accessit ad eum vnus de concaptiuis. et locutus est ei. Noli inquit estimare quod adulando loquar tibi. cum sis concaptiuus meus. Volo enim indicare tibi. quod indicauerunt mihi dii. Erat autem peritus in augurijs. Cito inquit liberaberis a carcere. et in tantum sublimaberis. vt etiam inuideant tibi omnes amici tui et noti. et in hac prosperitate morieris. relinquens bona tua filijs tuis. Quae cito autem huius generis

Actuum apostolorum

alitem videris amplis sup te. scito qz quin-
ta die morieris.

**Quo liberatus est herodes in
morte tyberii. Capitulum .LXII.**

Um autē esset

e herodes in carcere. describebat et ho-
nozem dñs carceris. sciens eū esse
virum nobilem et familiarē gajū. et sustinebat
tanq̄ ignorans multas comoditates sibi fie-
ri in carcere ab amicis suis. et fuit in carcere
per sex menses. Postea cū esset tyberius apud
campas cepit infirmari infirmitate q̄ postea
mortuus est. Et si in cronicis alibi legat̄ mor-
tuus. non est curandū vbi mortuus sit. Qui
videns autē se morturū. convocatis nobilibus
imperij sui et duobus nepotibus gajo et tyberio
statuit vt in crastino substitueret sibi succes-
sozem. Sed prius voluit consulere mentes
deorum. et orauit deos suos vt intimarent ei
quem nepotū suorum vellent ei substitui in im-
perio. Et statuit apud se. vt illū qui prius ve-
nisset ad eū in crastino constitueret imperato-
rem. vt ita quasi per sortem eligeret. et tamen
significauit tyberio vt prius veniret. Qui ma-
ne noluit venire nisi prius. Et cū mitteret
tyberius nuncios ad nepotes suos. non inue-
nerūt nisi gajū. Et venit gajus prius ad tybe-
riū. Quē videns tyberius fleuit amare. dolēs
quia alter non venerat quē volebat substitue-
re. quia tenerius eum diligebat. sed dissimu-
labat. Et locutus est ad eum tyberius. Fili tu
succedes mihi in imperio quod potius debe-
bat tyberio. quasi iure hereditario. tanq̄ filio
filij. sed ego video te vtilem impio. et noui
mentes deorum. Hanc ergo ne molestes eū. sed
semper habeas eū tanq̄ frēm. Satage vt ne-
gocia imperij sapienter disponas et exequias
funeris mei imperiali honore perficias. Et
convocatis nobilibus. denunciavit eū impa-
torē. et mortuus est. Et statim aliquantulū
insonuit fama in ciuitate romana de morte
tyberij. et venit quidā hebreus amicus herodis
agrippę ad carcerē. et hebraice dixit ei. Mor-
tuus est leo. Et cepit agrippa mirabiliter gra-
tulari. adeo vt quereretur ab eo dominus car-
ceris quē esset causa tante exultationis. Et con-

festus est. quia ille significauerat ei hebraice
mortē tyberij. Et statim dominus carceris li-
beravit eū. et statuit sibi collateralē in mensa
In crastino insonuerūt alij rumores. scilicet quod ty-
berius conualuerat. et tertia die romam ven-
turus erat. Tunc arguit eū dominus carceris
quia deceperat eū. timens ne in caput eius
redunderet quod liberavit eū. et mirabiliter ver-
beravit eum et retrusit eū in carcerē. Postea
increpuerunt certi rumores de morte tyberij
et substitutione gajū. Et venit gajus romam
et sepeliuit tyberium honorifice. et ipsa die vo-
luit liberare agrippam. sed disualū est ei. ne
videretur facta tyberij subito in irritum vel-
le renocare. Postea per aliquot dies liberavit
eum et sublimavit eū. et dedit ei duas tetrar-
chias scilicet tetrarchiam philippi. quę erat tetrar-
cha iture et traconitidis regionis. et tetrar-
chiam lisanie. qui erat tetrarcha abiline. et
imposuit ei diademam. et sublimatum in regē
remisit in iudeam. et inuiderunt ei omnes pro-
pinqui eius. etiam soror ei herodias. quę mi-
serata fuit infelici modo inuidit felici. preci-
pue quia habebat nomen regis. quia vir su-
us erat maior natus filius magni herodis. et
nunquam meruit rex appellari. sed tetrarcha.
Persuadebat itaque viro suo de die in diē
vt iret romam. et satagaret omnibus modis.
vt sibi compararet nomē regis. At ille male-
bat esse in ocio. quia opulentus erat. vnde
sepe vxor exasperata dicebat. Dereat opes
tuę. quia magis diligit opes quā honores.
Tandē victus instantia vxoris. inuit ad gai-
um cum magno apparatu. et ipsa cum eo. et
inuenerunt gajū bair. Herodes autē agrip-
pa qui presenserat quod non pro bono suo essent
disposuit ire post eos. sed premisit nunciū
quendam familiarem suum et amicissimum
gajo. per quem direxit epistolam gajo in qua
continebatur. quia herodes tetrarcha etiā
viuente tyberio firmauerat amicitiam cum
rege parthorum. vt esset rebellis romano im-
perio. et in argumentum huius significauit
ei. quia in ciuitatibus suis habebat arma
quę sufficerent septuaginta milibus arma-
torum.

Historia

Dygains mandauit statuam
suam erigi in templo.

Capitulū. LXIII.

Wnqz venissz

herodes tetrarcha 7 herodias vx-
or sua ad gainum et satis bonozifi-
ce accepisset eos. supuenit nunciū herodis
agrippe. 7 porrexit eplam gaiō ex pte hero-
dis agrippe. Perlecta epla. gai⁹ q̄ aliū de
recipiens cepit inquirere de statu herodis
tetrarche. 7 inter cetera quesuit ab eo. vtrū
in ciuitatibus suis tanta copia eēt armorū.
q̄ntā ipse audierat. 7 nō negauit. Et tūc cre-
dens gaius verū esse qd significarat ei hero-
des agrippa. relegauit eū in exiliū. vxori at
sue quia erat soror herodis agrippe quē ma-
xime diligebat. dedit libertatē redendi vt
haberet terram suam. Ipsa aut comitata est
virū in exiliū dicens. q̄ nō dimitteret eum
in aduersis. cui cōmunicauerat in p̄speris.
7 deportati sunt ī exiliū lugdunū vbi postea
miserabiliter mortui sūt. Et dedit gai⁹ gali-
lēā quā habuerat herodes tetrarcha hero-
di agrippe. 7 ita habuit tres tetrarchias. Fu-
it aut gaius in initio imperij sui p̄ biennij
satis mansuet⁹. postea euauit cor ei⁹ in cla-
tionem. 7 in tantā prorupit vesaniam. vt ab
vniuersis hominib⁹ imperij sui vellet coli tā
q̄ deus. 7 dicebat se fratrem esse iouis. Unde
etiam filiā vnicā quā habuit ponebat inter
genua iouis. vt ita quasi communis vtriq̄
videret. postq̄ egressa fuerat de genibus io-
uis. Misit ergo imaginē suā p̄ vniuersū im-
periū suū vt omnes adorarent eū. 7 sic fece-
runt omnes exceptis iudeis. Quā cum in ale-
xandria ciuitate orta esset seditio inter iude-
os 7 gentiles. 7 venissz vtraq̄ pars aū gaiū
vt discuteret controuersia. inter ceteras al-
legationes q̄s habuerunt gentiles p̄tra iu-
deos. obiecerunt eis. quia deū suum quē cō-
maniter omēs gentiles receperant. ipsi ih-
norabant. quia imaginē gaij volebant ado-
rare. Et tunc primo sciuit gaius. quia iudei
nō adorabant imaginē suā. Significauit
aut petronio p̄sidi sinie. vt statuā suam pone-
ret in templo in hierusalē vt facilius recipe-

rent eam in circumstantibus ciuitatib⁹. Qu-
si forte iudei reclamarēt. collectis romanis
legionibus intraret iudeā. et nemini parcel-
ret manus eius. Collecto ergo exercitu itra-
uit petronius iudeam. et venerunt ad eum
iudei de hierusalē cū amicis herodis agrip-
pe. qui erant precordiales gaiō. 7 supplica-
uerunt ei. ne ad hoc eos artaret. quia pri⁹ p̄-
mitterent se occidi. 7 parabant iugulos. 7 di-
cebant. quia nunq̄ ampli⁹ colerent terram
vt sic inedia affecti morerent. Et respondit
petronius. non de consilio suo hoc processis-
se sed non audebat resistere mandato impe-
ratoris. Videns tamē quia grauē iacturaz
incurreret gaius. si amitteret tributa totius
iudee. promisit quia opponeret se gaiō pro
eis et misit epistolam suam gaiō per viros
honoratos vt desisteret ab hoc mandato.
Qui cum venissent ad gainum nō ausi sunt
presentare se conspectui eius. sed accesserūt
ad herodem agrippā vt subueniret iudeis.
quia vna de tetrarchijs suis scilicet galilēa
in iudea erat.

De morte gaii imperatoris.

Capitulum LXIII.

Wnc herodes

inuitauit gaiū ī crastino. vt come-
deret cum eo. Et cū in crastino eēt
in conuiuio ammiratus est delicias conui-
uij. Et cepit memorari gaius quanta fuerat
passus pro eo herodes. scz vincula tyberij. et
alia multa. 7 p̄cepit ei vt peteret qcqd vellz
At ille respondit ei. sufficere sibi grām suā
Et cum ille instaret vt aliquid peteret. petijt
ne poneret et statuam suā in tēplo in hierusalē.
Et iratus est gaius. tñ p̄siderauit aiositatē
agrippe. quia voluit petere opes vel hono-
res acquienit ei. et scripsit petronio in hunc
modū. Si nondū posita est statua in tēplo.
non est necesse vt ponatur. Et sic nō est posi-
ta ei⁹ statua in templo. Postea respiciens
gai⁹ rescripsit petronio in hūc modū. Quia
contempsisti mandatū imperatoris. 7 poti⁹
dilexisti mūera iudeoz. elige tibi gen⁹ mor-
tis quod vis. vt discant omēs nō esse tutuz
obuiare mandato imperatoris. Sed deo

Actuum apostolorum

percurante ita factum est ut prius audiret famam mortis eius. quoniam videret nuncios huius legati. Cum enim esset romae et rediret a ludis circensibus. consilio senatorum interfectus est a duobus. et orta est in ciuitate dissensio inter curiam et milites et populum. Curia dicebantur senatores et viri consulares. id est. qui de genere consulium. vel digni ut fierent consules. Quia ergo viderant senatores senectutem imperatoris et incommoda quae inde contigerant reipublice. voluerunt penitus extirpare imperium imperatoris ab urbe et voluerunt eam redigere ad antiquum statum. in quo erat ante iulium cesarem ut esset regimen ciuitatis in arbitrio consulium et senatorum. Contra milites et populum timentes auaritiam senatorum. et amantes donatiam imperatorum. constituerunt imperatorem claudium auunculum gaj. virum mansuetum et piuum.

De eodem Capitulo. .LXV.

Hinc venit herodes

herodes agrippa ad senatores. ducens secum de nobiliores qui erant in curia simulans se fauere parti eorum. cum haberet eos exosos propter mortem gaj. Consuluit ergo eis. ut significarent claudio ne moueret scisma in ciuitate. sed desisteret ab hoc incepto. Et senatores rogauerunt herodem ut pergeret cum eis ad cladium. Et professus est se libenter fungi hac legatione. Et missus est ad cladium cum alijs. et eis audientibus dixit ei quod dixerat coram senatoribus. quod vellet cladium desistere ab incepto. In aure autem dixit claudio ut non desisteret ab incepto. quia ipse satageret ut maior pars nobilium faueret parti eius. Et renunciauit senatoribus quod nollet cladius desistere ab incepto. et cepit eis persuadere ne contrairent. quia non possent impedire. Et allexit quodam et tandem omnes. et ita sine contradictione factus est cladius imperator. Et ad persuasionem herodis agrippae omnes occisi sunt qui consenserant in mortem gaj. Et petijt ab eo herodes agrippa ut decretum gaj de statua sua adoranda reuocaret in irritum. quia impium erat. Et acquieuit ei et precepit ei. ut episcopi reuocationis per singulas ciuitates iudee ponerent in loco emi-

nenti. ut viderentur ab omnibus.

Quomodo occiso iacobo voluit apprehendere petrum.

Capitulum. .LXVI.

Postea voluit herodes

herodes accipere licentiam a claudio et redire ad propria. et tunc cladium dedit ei quartam tetrarchiam. scilicet iudeam. et ita sublimatus redijt ad propria. Et venit primo in iudeam. et honorifice susceptus est a iudeis. quia in multis iuuerat eos. Et cum prope essent dies aschimonum venit in hierusalem ante diem festum ut purificaretur. et mundus interesset diei festo. Et ante dies aschimonum occidit iacobum fratrem iohannis. postea in diebus aschimonum videns quia placeret iudeis. apposuit ut apprehenderet et petrum. De iacobo autem refert clemens alexandrinus. quod cum detrusus esset in carcerem. nocte conuertit ad fidem custodem suum. et in crastino confessus est se esse christianum. et cum ambo traherentur ad martyrium. dixit iacobo. Pater da mihi remissionem. At ille parum deliberatus ait. Pax tibi. Et osculatus est eum et simul ambo capite truncati sunt. Petrum apprehensum misit herodes in carcerem quia in diebus aschimonum non licebat aliquem occidere. et preter custodes carceris tradidit eum custodiendum quattuor quaternionibus militum. volens post pascha producere eum populo. ut ipse populus occideret eum. non ipse herodes ut iacobum. quia magis videbatur eis gloriosius si ipsi occiderent eum. quia erat princeps apostolorum.

Quomodo liberatus est petrus de manu herodis.

Capitulum. .LXVII.

Hinc autem in crastino

crastino productus est eum esse herodes populo. ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus. quae adhuc romae esse dicuntur. et custodes iacentes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit. et lumen refulsit in habitaculo carceris. et miraculose factum est. ut solus petrus videret lumen. percussusque latere petri excitauit

Historia

eū dicēs. Surge velociter. Et statim ceciderūt cathene duc de manibei. q̄ ab uinculis esse prohibent. Et dixit angelus ad eū. Precingere & calcia te caligis tuis. Deposuerat eī cingulū p̄ molestiā carceris. vt tunica circa pedes demissa tparet frigus noctis. In q̄ datū est exemplū sanctis uiris. q̄ in angustiis licet aliqd relaxare de rigore ordinis. Legim⁹ eī ap̄los & p̄phetas duris cingulū vsos p̄ afflictionē carnis. & petrū ad tps̄ deposuisse cingulū p̄ molestiā carceris. Et fecit petrus iuxta mandatū angeli. & addidit angelus. Circūda tibi uerimentū tuū & sequere me. Et exiēs sequebat eū. & nesciebat. q̄ uerū est qd̄ fiebat p̄ angelū. i. nō putabat h̄ i rei uitate fieri. s̄ imaginaria uisione oñdi. Cū sequit. Estimabat se uisū uidere. & hoc sibi ostensū imaginaria uisione. Transeūtes at̄ p̄mā custodiā. i. custodes carceris custodie deputatos. & secundā. i. duos q̄terniones. Vel primā custodiā. i. primū q̄ternionē cū suis. uenerūt ad portā ferreā q̄ ducit ad ciuitatē. q̄ putat̄ fuisse i atrio carceris. Carcer enī hēbat atriu. & erat in exteriori pte citatis sine extra ciuitatē. & ultro apta est eis. Et ex eūtes p̄cesserūt i vicū unū. & p̄tinuo recessit angel⁹ ab eo. vt sciret se in reueritate de carcere eductū q̄ putabat sibi h̄ imaginarie oñsū. Et tūc ad se reuersus. i. ad mentē suā. q̄a fuerat in maxio stupore. dixit. Nūc scio uere q̄ misit dñs angelū suū. & eripuit me de manu herodis. & de oī expectatōe pleb̄ iudeorū. Et p̄siderās ubi esset uenit ad domū marie matris ioh̄is q̄ cognouerat marc⁹ nō euangelista ubi erāt multi p̄gregati cā orōnis vt oraret p̄ petro. Et cū pulsaret petrus ad ianuā egressa ē puella ad uidentū noīe rode. Et vt cognouit uocē petri. p̄ gaudio nō aperuit ianuā. s̄ recurrēs nūciauit petruz stare ad ianuā. Et dixerūt illā insanire. sciētes petrū incarceratū esse. Illa at̄ affirmabat rem se sic h̄re. Alij aut̄ eis dicebāt. angel⁹ petri ē. Sup̄ quē locū dicit hieronym⁹ tātā dignitatē eē aīaz. vt vnaqueq̄ ab ortu natiuitatis suę habeat angelū sibi in custodiā deputatū. Petr⁹ aut̄ p̄leuerant̄ pulsabat. Et cū apuillēt. uiderūt eū & obstupuerūt. Et inuit

eis manu vt tacerēt. vt sub silentio miraculū uiderent vel audirēt. Vel forte iō. ne clamore gaudētū aduēt⁹ ei⁹ in ciuitate p̄palarēt. Et narrauit quō eduxit eū dñs de carcere. & ait. Nūciate h̄ iacobo & fr̄ib⁹. s̄ iacobo alphi ep̄o hierosolymorū. q̄ alter iā fuerat decollat⁹ ab herode. Et egressus eadem illa nocte abiit in aliū locū timore herodis & iudeorū. **De morte herodis Ca. LXVIII**

Kastina autem

c die p̄ educationē petri de carcere. erat nō p̄ua p̄turbatio iter milites & custodes. q̄ dñā esset factū de petro. Cū apparet q̄ clausū reliquerat carcerē. alioquin nō esset ambiguū eū euasisse. Herodes aut̄ cū requisisset eū & nō inuenisset. diligent̄ inquirens de custodib⁹. ut̄ nō sciret quidnam factū eēt de eo. iussit eos adduci ad se. vt uideret in eos. nō tñ uindicauit dño p̄ curā te. vt solutio petri nulli noceret. Imminētē eī negotio. herodes descendit a iudea in cesareā palestine p̄pinq̄a tiro & sidoni. vt noceret tirijs & sidonij. q̄b̄ irat⁹ erat. Qd̄ audientes tirij & sidonij. uenerūt ad blastū q̄ erat cubiculari⁹ herodis et custos thesaurorū ei⁹ q̄ erat amic⁹ eorū & patron⁹. & eo interprete recōciliati sūt herodi. Nō enī poterāt sustinere inimicitias regis tam vicini. Sequenti at̄ die herodes uisit⁹ veste regali. sedebat p̄ tribunali apud eos. et p̄cionabat̄ ad eos blādies eis. Popul⁹ at̄ acclamabat dei uoces & nō hoīs. i. exhibebāt ei laudes deo debitas et nō homini. Et dñi adulatorijs fauoribus demulceret. & oblatos sibi diuinos honores nō respueret. respiciēs sup̄ se uidit. i. minētē & insistentē capiti suo i funiculo angelū. i. butonē mortis ei⁹ p̄tē nūciū. & tē vt tradit ioseph⁹ inclinauit se ad eos q̄ sibi applaudebāt. & dixit eis. En ego de⁹ uester morior. Sciebat eī in x̄ qd̄ dixerat ei augur cū traheret ad carcerē. se infra q̄nq̄ dies p̄ uisionē butonis moriturū. Et p̄festū vt habet̄ i historia percussit eū āgel⁹ dñi. i. facta est sup̄ eū uindicta dei. q̄ p̄ q̄nq̄ dies uentris dolore cruciat⁹ ē. Et corrodebāt x̄mes uiscera ei⁹. & ita paulatim p̄supt⁹ a x̄mib⁹ expirauit.

Actū apostolorū

De agrippa. Ca. LXIX.

Eliquit aut fili

rum q̄ dicit̄ est agrippa nō cognō-
miat̄ herodes. q̄ ad burome erat
nec habuit totū regnū p̄ris sed p̄tem. Ha-
buit aut̄ terrā duarū tribuū 7 dimidię vltra
iordanē. An̄ legit̄ q̄ fideles in iudęa immi-
nente euersione hīrlm̄. ad amonitionē ange-
li secesserunt in regnū agrippę isti scilicet filij
herodis agrippę.

Redit̄ historie ad ordinē suū.

Capitulum. LXX.

E nūc redit hi

ristoria ad ordinē suū. 7 p̄tinuat̄ ei
q̄d supra dictū est. collectā factā a
fidelibus antiochię missam paup̄b̄ in hie-
rusalem p̄ barnabā 7 saulū. Q̄d enī inter-
sertum est de herode. de morte iacobi. de in-
carceratione 7 liberatione petri. q̄si incidēs
fuit. Prosequit̄ ergo de reditu barnabę et
sauli a hierosolymis historia in hūc modū
Verbum dñi crescebat 7 multiplicabatur
Barnabas aut̄ et saulus reuersi sūt ab hie-
rosolymis assumpto secuz iohāne q̄ cognō-
minabat̄ marc̄ p̄ expletū ministeriū. Erāt
aut̄ in ecclia q̄ erat antiochię p̄ter eos q̄ ve-
nerant ab hierosolymis p̄phetę 7 doctores
int̄ q̄s erat simon q̄ vocabat̄ niger. et luc̄
cirenensis. 7 manaxen q̄ erat herodis tetrar-
chę collectane. i. eodēcū illo lacte nutritus
Et possunt idē accipi p̄phetę 7 doctores. Al-
p̄t ita distingui. p̄phetę de fufis 7 doctores
de preteritis. Et vide q̄ iste simon dicit̄ est
de colore niger si sit latinū vocabulū. vel si
est hebreū. dicitus est niger. q̄i ascendens de
virtute ad virtutē. Niger est hebreū. et inter-
p̄tatur ascendens. Ministrantib̄ aut̄ illi do-
mino 7 ieiunantib̄. dixit eis sp̄s sanct̄. Se-
gregate mibi barnabā 7 paulū in opus ad
q̄d assumpsi eos. Qui audito consilio sp̄s
sancti remiserūt saulū et barnabā in hīrlm̄
ad petrū et iacobū 7 iohannē qui erant ibi
Qui ganisi sunt audito mandato dñi. vel
sp̄s sancti. et ieiunantes 7 orātes imposue-
runt eis manus in modū ordinādoꝝ. Atq̄

autem p̄ter impositionem manū aliā ordi-
nis solēnitatē circa eos celebrauerunt incer-
tum est. Nec de ordinatione ap̄loꝝ aliq̄d le-
gitur. vel q̄ dñs eis imposuerit man̄. De pe-
tro tamen certū habetur. q̄ antiochię missā
celebrauerit. Sed potuit ap̄lis pro ordina-
tione sufficere. quod dictum est eis a dño.
Hoc facite in meā cōmemorationē. Et licz
nō interfuerit barnabas 7 paulus. tamē qz
postea electi sunt ad apostolatū consilio sp̄i
ritus sancti. forsan in hoc cū alijs fuerūt pri-
uilegati. nec alia solēnitas ordinationis cir-
ca eos celebrata est. Multi in primitiua ec-
clesia sine hac solennitate ordinationis ad
sacerdotiū promoti sunt. et multi laici sine
diaconio et precedentib̄ ordinib̄ sacerdo-
tes facti sunt. et imponentes eis manus di-
miserunt eos. Et ipsi quidem missi a spiritu
sanctoe odes duce itineris qui separauerat
eos a ceteris abierunt seleuciā. 7 inde nau-
gauerunt ciprum. Et cum venissent salami-
nam predicabant x̄bum dei in synagogis
iudeoꝝ. propter reuerentiā sine duritiam
eoꝝ. 7 habebant secum in misterio predica-
tionis iohannē q̄ cognominabat̄ marcus.

De paulo et barnabas conuer-
terunt sergiō pro consulem.

Capitulum. LXXI.

E cū perambu

elassent vniuersam insulam ciprum
scz vsqz paphū inuenerunt quen-
dam virū magnū pseudo p̄phetam iudeoꝝ
cui nomen erat barien q̄ erat cū sergio pau-
lo viro prudēte q̄ erat homo magnę digni-
tatis. Erat enī p̄consul. i. secundus a psule
Hic accersitis barnaba et paulo. desidera-
bat audire verbū dei. tamen resistebat eis
elimas magus. Et vide quia alterū est int̄-
pretatio alterius. Elimas enī inrerprat̄ ma-
gus. et sic nomē cōmune maleficoꝝ appo-
priatū est isti. Saulus aut̄ qui et paulus re-
plet̄ sp̄s sancto intuens euz dixit. O plene
omni dolo et omni fallacia. fili diaboli. ini-
mice omnis iusticię. non desinis subuertere
vias domini rectas. Nota q̄ dictū est saul̄
qui 7 paulus. Tradunt enim sancti. q̄ a ser-

Historia

gio paulo ad fidē puerſo. dicitur est paulus. **U**n̄ hic primo fit mentio de nomie paulus. Solus origenes dicit. qz semp fuerit binomius dicitur. scz saulus et paulus. Vel in apostolatus acceptione primo sortit̄ est hoc nomen. vt q̄ primo a saule p̄secutore dicebat̄ saul̄ de lupbo factus hūilis. p̄ saulo dictus est paulus. q̄i modicus et humilis. **U**n̄ q̄si nomē suū interpretando. dicit se minimum ap̄loz. **U**idet aut̄. xij. anno a passione dñi p̄motus ad apostolatū cū barnaba. et sortitus pauli vocabulū. et. xij. profect̄ est ad magistrū gentiū. Cui satis ecclesiastica historia p̄cordat. vbi legit̄ p̄ceptū apostolis esse. vt post passionē p̄. xij. annos predicarēt in iudēa. Tertio aut̄ decimo anno ceperūt paulatim transire ad gentes. nondū tamen ex toto. postea omnino exierunt de finibus iudēe. et nūc inq̄t. Ecce man̄ dñi sup te. i. vindicta dei exercebit̄ in te. Eris enī cecus lumine capitis. sicut cecus es lumine mentis. non videns ad tempus solem materialem. quia non vides solē iusticię per fidem. Et p̄festim cecidit in eū caligo et tenebrę. et cecutiens. i. in modū cęci in circūitu se q̄tēs querebat. q̄ manū ei daret vt duceret eum. Et statim p̄consul viso miraculo credidit. ammirans sup doctrina domini.

De discessu iohannis ab eis
Capitulū. LXXII.

Um autē a pa

Cp̄ho nauigasset paul̄ et barnabas cū eo venerūt p̄gen̄ciuitatem p̄amphilię. et tūc iohes discēdens ab eis reuers̄ est hierosolymā vñ venerat cū eis. Et forte reprehensibilis fuit causa quare discessit ab eis. et hęc fuit cā discidiij inter paulū et barnabam. de qua habebis inferius. **P**aulus vero et barnabas venerunt antiochiā p̄sydię. quod additū est differentiā alterius antiochię. quę dicit̄ antiochia syrię. quę olim dicebatur reblata. quā nos adhuc vocam̄ antiochiam. Et ingressi synagogaz die sabbati sederunt quasi audituri legem. non p̄dicaturi. **P**ost lectionem autem legis et p̄phetarū. dixerūt ad eos p̄n̄ripes synago-

ge. **U**iri fratres. si quis est in vobis sermo exhortationis dicite.

De predicatione pauli et barnabe in synagoga.

Capitulū. LXXIII.

Urgens autē

Spaul̄ et manu silentiū indicens. aggressus est facere grandē s̄mōnem inchoans ab altiori. **U**iri inquit israelite et qui timetis deum de gentib̄ audite. **D**eus plebis israel patres nostros elegit et exaltauit plebē cū essent incolę in egypto. s̄uientes in luto et latere. de qua eduxit eos ī manu forti. Et. xl. annis sustinuit mores eorū in deserto. postea introducās eos in terrā p̄missā. destruēs septē gentes q̄ habitabāt in terra. sorte distribuit eis terrā. q̄i p̄ q̄dr̄ingentos quinq̄ginta annos. Et intelligendū est a natiuitate isaac vsq̄ ad exitum israel de egypto fluxerūt anni quadringēti q̄nq̄s. **P**ostea cōpletis. xl. annis in deserto vsq̄ ī terram chanaan diuisa est terra. A natiuitate ergo isaac vsq̄ ad diuisionē terre fluxerunt quadringenti. l. anni. Et post quadringentos. l. annos dedit dñs iudices populo suo. et extunc fuit populus dei sub iudicib̄ vsq̄ ad temp̄ samuelis. et exinde postulerūt regē. et dedit eis saul. qui regnauit super eos. xl. annis. cōputatis simul annis samuelis. Sic enī habet̄ in cronicis hebreorū. Et eo s̄blato de medio. suscitauit eis dauid regē. cui testimoniū p̄hibens ait. **I**nueni virum s̄m̄ cor meū. ex cuī semie suscitauit dē iesum saluatorem israel. cuius aduent̄ fuit p̄eco iohannis.

Adhuc de eodē. Ca. LXXIII.

Uri inquit frēs

Vfilij generis abraā. et qui inter vos de gentibus sunt timentes deū. vobis specialiter verbum salutis huī missum est. **Q**ui enim habitant in hierusalem et p̄ncipes eius hunc ignorantes esse iesum. ignorantes etiam voces p̄phetarum quę per omne sabbatum leguntur. adiudicantes eum morti. eas impleuerunt nescientes. **D**eus

vero suscitauit eū tertia die a mortuis. et vi-
sus est post .xl. dies his qui simul ascenderunt cum
eo de galilea in hierusalem. qui usque nunc sunt testes
eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam que
ad patres nostros repromissio facta est. quoniam hanc
deus adimpleuit filiis vestris resuscitans iherosolimam
Notum igitur sit vobis viri fratres. quia pro hunc vobis
remissio peccatorum annunciat. ab omnibus scilicet pec-
catis. quibus non potuistis in lege moysi iustificari
Qui credit in hunc iustificatur. Videte ergo ne
sitis contemptores ne veniat super vos vindicta
dei. que comminatur contemptoribus in hunc modum
Videte contemptores et admiramini. et disper-
dimini. id est. videntes admirabimini et disper-
dimini. quia opus operorum in diebus vestris. quod
non creditis. id est. quia non creditis operi quod opera-
tor in diebus vestris. id est. incarnationi.

Quare transierunt ad gentes.

Capitulum. .LXXV.

Reuertentibus autem

e illis rogabant. ut sequenti sabbato
loqueretur adhuc in synagoga. Et
cum egredierentur de synagoga. multi iudeorum
et aduenarum. id est. gentiliū. vel iudeorum disputatione
venientium secuti sunt paulum et barnabam. Se-
quenti vero sabbato pene vniuersa ciuitas
conuenit ut audiret verbum dei. Quod vidē-
tes iudei. repleti sunt celo inuidie. que commo-
ti ceperunt contradicere his que dicebantur a
paulo blasphemantes. Blasphemus enim est
qui ex inuidia obloquitur veritati. Tunc reple-
ti celo dei paulus et barnabas constanter dixe-
runt. Vobis oportebat prius loqui verbis
dei. iuxta verbum domini dicentis. Non sum mis-
sus nisi ad oues que perierunt domus israel.
Sed quia repellitis illud. et indignos vos
facitis. et ecce conuertimur ad gentes. Et no-
ta. cum hoc legatur hic dictum a paulo et bar-
naba in antiochia presidię que non in iudea est
in grecia. in plerisque locis legitur dictum ab
apostolis in iudea scilicet cum vellet transire ad
gentes. postquam post .xij. annos predicatus est in
iudea. Eccenō moueat te. quia potuit utrobi-
que dici. Sic enim precepit nobis deus. posui te in
lucem gentium. ut sis eis in salutem usque ad
extremum terrę. Et sunt in esaię verba patris ad

filium. Ac si diceret pater filio. Misit te. ut
post tenebras infidelitatis usque ad terminos
terre gentibus disseminares lucem veritatis.
Sed cum specialiter dictum sit christo. non est con-
trarium quod hic legitur dictum paulo. quia tanta est
vniō capitis et membrorum. ut quod dictum est
capiti. membra dictum reputent sibi. sicut ca-
put christi persecutionem membrorum reputat in-
flictam sibi. dicens. Saule saule quod me perse-
queris. id est. in membris meis.

**De recepta predicatione a gen-
tibus. Capitulum .LXXVI.**

Indicentes autem

a gentes mentionem de salute sua ga-
uise sunt. et glorificabant deum. et
crediderunt ex eis multi. Iudei tamen celo et liuo-
re inuidie successi concitabant mulieres re-
ligiosas et primarios ciuitatis. et excitabant
persecutionem in paulum et barnabam. et eiecerunt
eos de finibus suis. At illi excusso profluere pe-
dum. iuxta quod preceperat dominus in testimonium
illis. venerunt iconium. Et ingressi ciuitatem
locuti sunt in synagoga. et credidit copiosa
multitudo iudeorum et grecorum. Et demorati
sunt tibi multo tempore fiducialiter predicantes. do-
mino predicationem eorum miraculis confirmante
Nonnulli tamen de iudeis in incredulitate pri-
naces suscitauerunt et ad iracundiam concita-
uerunt animos gentium aduersis credentes. Et
diuisa est. ciuitas. quibusdam fauentibus iu-
deis. alijs fauentibus apostolis. Et cum factus esset
impetus gentiliū et iudeorum. cum principibus su-
is ut contumelijs afficerent apostolos et la-
pidarent. id est. lapidibus fugarent eos. confuge-
runt ad ciuitatem licaonie. scilicet listram et derben.
Et cum hic dictum sit venerunt listram. iuxta
consequentiam sermonis in sequenti vbi dici-
tur. erat quidam infirmus listris. potius dice-
dum fuit listre. Sed propter nomen ciuitatis multiplice
hęc declinationem. ut dicatur listra listre. vel
listre listray. vel listris indeclinabile. Unde
sequitur. Et erat quidam vir listris. quod greco
consonat vbi habetur. paulus et barnabas
morabantur in listris. Erat autem vir iste infir-
mus pedibus claudens ex utero matris sue et
sedebat. quia nec ambulare nec stare pote-

Historia

rat. nec vnq̄ ambulauerat. hic audiuit paulū loquētē. Quē intuitus paulus ⁊ videns spūs sancto reuelāte q̄ haberet fidē vt salu⁹ fieret. sc̄z tantā quē ad salutē sufficeret. Al videns q̄ se saluādū crederet. dixit magna voce. In noīe dñi nostri iesu xpi surge ⁊ sta super pedes tuos rectus. Et statim exiit et ambulat. Turbe autē cū viderent qd̄ fecerat paulus putabant ipsū et lociū suū barnabam deos esse. ⁊ in forma humana eis apparuisse. ⁊ leuauerunt vocē dicentes Dñi lumiles facti hominib⁹ descēderunt ad nos. ⁊ vocabant barnabam ionem. quia prior eē videbatur paulū xro mercuriū. qui semp iuxta eorum opinionē ionē comitabat. q̄ eloquens et lrātus fuisse tradit. ⁊ faciendā hominib⁹ prestare putabatur. Cū mercurius quali medijs currēs inter aures a linguas a latinis dicit. a grecis xro hermes. i. interpret̄ dicit. Sacerdos quoq̄ ionis qui erat in ciuitate voluit sacrificare barnabe ⁊ ioni. afferens thaurus ad immolandū ⁊ coronas. Vel ad ornandam faciem templi iuxta ritū gentiliū. vel vt capitib⁹ eorū imponerent ad ornatum. aut pro aliqua alia causa vel religione nobis ignota. Et aut audierūt paulus ⁊ barnabas. q̄ diuinos honores vellent eis exhibere. sciderūt vestimenta sua qd̄ semper faciebant iudei audita blasphemia in deum. ⁊ prohibuerunt sibi talia exhiberi. dicentes se esse homines mortales. q̄ potius venerant vt eos reuocarent ab hydolatria et vix sedauerūt turbas ne sibi imolarent.

De persecutione quā passi sūt.
Capitulū LXXVII.

Emorantibus

⁊ autem eis et decentibus in listra superuenerunt ab iconio et antiochia iudei. ⁊ concitatis turbis in persecutionem pauli lapidabant eum. et eiecerūt eū quasi vile cadauer. estimantes euz esse mortuum. De qua lapidatione ad corinthios loquens ait. Semel lapidat⁹ sum. Postea discipuli eius circūdederunt illum assistentes ei. et respirauit. ⁊ nescientibus iudeis reportauerunt eum in ciuitatem et conualuit

Et postea die profectus est cum barnaba in derben. ⁊ predicauit ibi sicut fecerat in listra. Postea redierunt per easdem ciuitates per quas illo venerant confirmantes fratres in fide. et constituentes in magnis ciuitatibus presbyteros. id est. episcopos. quia eo tempore eodē nomine censebant episcopi ⁊ presbyteri. Et proinde constituebant p se episcopos. quia erant migraturi ⁊ incerti vtruz ad eos essent amplius reuersuri. Et cū redeuntes transirent listram et iconiū. venerūt ad antiochiam per lidig. Et transeuntes p sidiam venerunt in pampbiliam regionē in qua est ciuitas pergen. in qua locū x̄bz dei descenderunt in italiam ciuitatatem. et inde nauigauerunt antiochiam vnde pri⁹ exierant. segregati a spūs sancto ad predicationem euangelij.

De questione circumcisionis
determinata

Capitulū. LXXVIII.

Vnqz venissēt

⁊ antiochiam et congregassent fideles antiochenos reuelauerūt eis quāta fecerat deus per eos in gentibus. et morati sunt ibi non modico tempore cum discipulis. Et dum ibi moram facerent. descēderunt quidā de iudea christiani. adhuc tamē iudaizantes. ⁊ fuerunt de secta phariseorū. Facta est ergo nō minima seditio inter eos ⁊ paulum ⁊ barnabā. quia predicabant fidem absq̄ legalib⁹ ad salutem nō sufficere. Et consentiebant eis multi veteri cōsuetudine imbuti. Et statuerunt vt pro hac dirimenda ascenderent in hierusalem ad maiores apostolos. sc̄z ad petrum ⁊ iacobum episcopum hierosolymorū. Et ascendit paul⁹ cum barnaba assumpto et tito. sicut ipse refert in epistola ad galathas. Et qui descenderant d̄ iudea. ascenderunt cōtra eos quidā sc̄z de heresi phariseorū ad fidem conuersi. Qui cum venissent hierosolymā ⁊ essent in presentia apostolorum petri et iacobi et seniorum. surrexerunt contra paulum et barnabam dicentes. Oportet circumcidi fideles. et seruare legem moysi. Et audita vtri-

ulq; partis sententia hūenerunt apli 7 seni
ozes vt diiudicarent sup hoc. et post multā
disceptationē 7 inquisitionem factam inter
apostolos et seniores. surgens petrus ratio-
nabiliter ostendit nō esse imponendū fidei-
bus iugum legis. quia ipse cōsilio dei bap-
tizerat corneliū. 7 gentibus predicauerat
verbū euangeliij. et deus predicationē eius
pfirmauerat. fide mundans corda eorum. 7
anteq; baptizarentur visibiliter mittens su-
per eos spūm sanctum. nec indicens eis ob-
nantia legalium. Quid igit inquit nunc tē-
ptatis imponere iugum super ceruices disci-
pulozum. qd neq; nos neq; patres nrī por-
tare potuim?. Et statim ceperunt paulus et
7 barnabas narrare quanta signa et prodi-
gia deus fecerat in gētib; p eos. Et iacebat
multitudo audiens eos.

De sermone iacobi fris domini.
Capitulum LXXIX.

Facto silētio

locutus est iacobus adherens ver-
bo petri. Viri inquit fratres au-
dite me. Simon narrauit quēadmodū de-
p̄mum visitauit gentes vocans eas ad fidei
testimonia p̄betaz. Et inductū testimonijs
diuersioꝝ p̄betaz. auctoritate pontificali
protulit diffinitiuam sententiā dicens. Pro-
pter quod ego iudico non ī quietari eos q̄
ex gentibus conuertuntur ad deū sed consu-
lo vt dirigamus ad eos eplaz vt abstineāt
se ab bydolatria et fornicatione et suffoca-
to et sanguine. Idolatria siq; dē ex gētibus
maxie pallulauerat. fornicatio quasi natā
le quoddam et nullius reatus reputabat
inter gentes. Ideo specialiter decreuerunt
apostoli prohiberi ista gentibus Erant etiā
proni ad effundendū sanguinem. Consue-
nerunt etiam bibere sanguinē immolatum
dijs suis. Ideo specialiter prohibiti sunt a
sanguine effundendo et bibendo. Quare
autem ad lrām probibuerint eis animal suf-
focātū. non est satis p̄spicuum. Et placuit
hoc consilium iacobi apostolis et seniorib;
Et cōmuni consensu elegerunt viros. p̄ q̄s
mitterent epistolam cum paulo et barnaba

iudā scilicet 7 silam. 7 premissa est salutatio
in hunc modum.

De epistola missa conuersis ex
gentibus. Ca. LXXX.

Apostoli 7 senio

res fratres fratribus ex gentib; cō-
nerb salutē. Fuit aut post salutatio-
nem hic textus epistolę. Auditū est qz q̄daz
decidentes a iudea turbauerunt vos euer-
tentes aīas vestras. volētes vestris impone-
re ceruicibus iugū legis Ideo de communi
consensu decreuim; eligere viros 7 mittere
ad vos cū charissimis viris nostris paulo
et barnaba. Visum est enī spiritui sancto 7
nobis. vltra nihil vobis imponere oneris.
q̄ vt abstineatis ab immolatū simulacroꝝ
a sanguine et suffocato. 7 fornicatione. a q̄-
bus abstinentes bñ agetis. Valet.

Quomodo consolati sunt cō-
uersos ex gentibus

Capitulum LXXXI.

Ascenderūt igitur

tur paulus et barnabas in antio-
chiam. et duo illi missi sunt cū eis.
Cumq; descendissent congregata multitu-
dine tradidit eis epistolam. Et audita con-
solatione de iugo legis nō imponendo sibi
gausi sunt fratres de gentibus. Judas aut
et silas cū essent p̄betę consolati sunt eos. et
multū confortauerunt in fide. Non est autē
hoc pretereundū. quia de prefato ascēsu suo
in hierusalem pro dirimenda lite pretaxata
scribit apostolus ad galathas in hunc mo-
dum. Deinde post annos. xiiij. a conuer-
sione mea ascēdi hierosolymā. cū barnaba as-
sumpto et tito. 7 contuli cum eis euangeliū
quod predico in gentib;. Ex quo annoz
numero colligit. quia eodē anno quo paul;
ascendit hierosolymā. scz. xiiij. a conuer-
sione sua. petrus ascendit romā. et eodē anno se-
dit in cathedra episcopali. in q̄ sedit. xv. an-
nis. Quattuordecim vero. 7. xxv. xxxix. red-
dunt. Vicesimo aut quinto anuo a promo-
tione beati petri in sedē romanā. scz. vltimo

anno neronis. passi sunt petrus et paulus. et sic. xxxix. anno a puerione pauli. Quia colligitur paulum ad fidem puerum eodem anno quod dominus passus est. cum constet petrum et paulum. xxxviii. anno a passione domini. qui fuit ultimus neronis passus esse martyrum. Si autem legatur aliquando paulus conuersus ad fidem secundo anno a passione domini. intelligendum est secundo anno emergente. non tamen eodem visu sicut alibi determinatum est. Quartodecimo ergo anno a passione domini. scilicet quarto anno claudij ascendit petrus romam. et sedit in cathedra episcopali decem annis sub claudio. qui regnavit xiiij. annis. et nero post eum totidem annis.

Determinat quando sedit antiochie et quando rome.

Capitulum. LXXXII.

Deest autem queri

quo tempore sederit petrus in sede antiochena. Constat enim quod sedit antiochie. vii. annis in sede episcopali. quod necessario de. vii. illorum. et. xii. oportet intelligi. qui a passione domini fluxerunt usque ad eius promotionem in sedem romanam. Post. vii. autem annos quibus sedit in sede antiochena. consilio domini de hierusalem ascendit in romam. sed in ascensu transiit per antiochiam. ut confirmaret subditos suos in fide. Et ut habetur in chronica substituit eudochium in sede antiochena. Et in hoc transitu per antiochiam redargutus est a paulo. quia comedens cum quibusdam fratribus de iudea. timens eos molestare. discernebat cibos. et ita cogebat gentes iudaicare. Unde paulus ait. Quia venisset cephas antiochiam. in faciem eius restitit.

De causa dissensionis inter paulum et barnabam. Ca. LXXXIII

De autem anno

quo ascendit petrus de antiochia romam paulo et barnaba antiochie remanentibus. erat quidam procurator in iudea qui per violentiam sibi voluit usurpare potestatem constituendi summum pontificem et mutandi pro arbitrio suo. et ut posset summum sa-

cerdotem unum vel duos constituere eodem anno. Et videntes iudei quod non possent eum resistere. petierunt ab eo licentiam plulendi claudium imperatorem romanorum. ut eius voluntate hanc potestatem obtineret. alioquin desisteret et concessit eis. Et cum misissent nuncios romam. erat ibi agrippa filius herodis agrippę. quem pater decedens in manu claudij dimiserat. Claudius autem differebat eum mittere in iudeam tanquam dominum. tum propter senectutem iudeorum. tum propter teneritudinem etatis eius. Ille audiens quod causa populi sui ageret. intercessit pro eis et obtinuit. Et rescripsit claudij procuratori. ut ab hominum exactione desisteret. et desistit. Et rescripsit iudeis ut super hoc gratias agerent agrippę ad cuius intercessionem hoc obtinuerant. Et iudei significauerunt ei ut mitteret eis agrippam. et faceret eum tanquam regem et dominum. ipse tamen ab hoc distulit. Postea vero quando visum est ei militem eum in iudeam non tamen reddidit ei totam terram patris quam totum regnum integre obtinuit. sed dedit ei galatidem regionem scilicet ultra iordanem. terram duarum tribuum. et dimidie tribus. et dedit ei potestatem constituendi summum sacerdotem in hierusalem. pro arbitrio suo quam negauerat procuratori. Ille fuit agrippa in cuius regnum secesserunt fideles de iudea imminente excidio hierusalem. ab angelo premoniti. sicut habetur super mattheum. Sed nunc persequamur de paulo et barnaba qui adhuc demorabantur in antiochia euangelizantes. et ibi dei. et iudas abierat sila cum eis remanente. Post aliquot dies visum est eis commodum reverti per civitates in quibus predicauerant verbis dei. et visitare fratres et confirmare eos in fide. Barnabas autem voluit habere in comitatu suo iohannem qui cognominabatur marcus. Paulus autem noluit dicens. Non assumendum esse quia in fronte aciei constitutis animis trepide steterat. et quia timore mortis a predicatione desisterat. quoniam scilicet a pampbilia descens reversus est in hierusalem. Ideoque non erat assumendus ad predicationem. ne alios malo exemplo lederet. Et facta est dissensio. ita ut discederent ab invicem. Et exulant eos sancti. quia non discesserunt odio commou-

Actuum apostolorum.

sed a spūsancto ad hoc excitati. vt diuisi plu-
ribus locis predicarent. Barnabas autem
assumpto marco nauigauit ciprū. Ex eo at
q̄ noluit dimittere eū p̄pendit fuisse eius co-
gnatus. Legunt aut fuisse cōsobrini. Pau-
lus aut p̄fectus est assumpto sila quē domi-
nus ad hoc remanere fecerat vt ei coopare-
tur. 7 p̄ambulabat siriā 7 ciliciā. Postea ve-
nit in derben 7 listram. vbi erat quidā chri-
stianus noīe timotheus. filius mulieris vi-
duę vel indeę. natus de patre gentili. cui p̄-
hibebant testimoniū religiones omnes fide-
les qui erant listris. Hunc constituit paul⁹
episcopū eorū. sed circūcidit eū pro tollēdo
scandalo iudeorū. ne scandalizarent q̄ ha-
berent ep̄m incircūcisum. nō q̄ legalia post
veritatem euangelij essent necessaria. paula-
tim tamen nō subito iudeis erant tollenda
et quasi cum honore mater sepelienda fuit.
Postea eduxit secū paulus timotheū 7 trās-
euntē p̄ ciuitates precipiebat obseruari de-
creta apostolorū et seniorū q̄ erant in hierusa-
lem. et ecclesie confirmabantur 7 multipli-
cabantur.

D prohibiti sūt apostoli ne
irent quo volebant.

Capitulū. LXXIII.

Ranseutes aut

et frigiam 7 galacie regionē volētes
ire in asiā minorē. p̄hibiti sūt a spi-
ritu sancto q̄ sciebat corda hominū. quia tūc
nō essent credituri. Voluit ergo spūsanct⁹
sanctū dari canibus. 7 impios d̄ cōtemptu
predicationis grauius dānari. Voluit etiā
has puincias alijs apostolis reseruari. P̄hi-
lippus namq̄ et iohānes predicauerunt in
asia minori. Lucas in bithinia a qua similiter
a spūsancto sūt p̄hibiti. 7 ita duę causę red-
duntur quare prohibiti sunt ab h̄mōi. p̄u-
cijs. Vel ne sanctū daret canib⁹. vel q̄ desti-
nati erant a spūsancto alijs apostolis. asia
minor iohanni. bithinia luce. Origenes vbi
agit de primitijs 7 de decimis dandis sacer-
dotib⁹. reddit tertiā causā. Dixit enī q̄ de-
puidens seruis suis alimoniam corporales
ab huiusmodi puincijs. discipulos pro-

pter famē prohibuit. propter illam scilicet
maximā famē in qua helena sustentauit fra-
tres pauperes qui erant in hierusalem. quę
facta est quarto anno claudij. Nec fuit hęc
helena mater constantini. sed regina abige-
norū. cuius amore captus est rex abigenorū
et eam in vxorem accepit 7 concepit ex eo.
Et cum nocte dormiret cū ea. 7 poluisset ma-
num sup̄ vterū pregnantis. audita est ab eo
vox in hunc modū. Vide ne ledas puerum
quia magnus futurus est in mundo. Et au-
dita voce huiusmodi. stupēfact⁹ dixit hoc
vxori suę. Postea puerū natum cū summa
diligentia nutrierūt. 7 mortuo patre. puer
factus est rex. et cōmendatur iste in multis.
Et hęc est causa commendationis. quia au-
diens vnum deū coli a iudeis. coluit eūdeꝝ
et suscepit circumcisiōnē 7 ritus iudeorum.
Huius mater helena veniens hierusalem in-
uenit fratres fideles in hierusalem inedia
laborantes quia erat tempus famis. et emit
granūz vnde quacūq̄. quia attulerat argenti
copiam ad emendum. 7 sustentauit fratres
qui erant in hierusalem. Et cum adhuc esset
in iudęa. nunciatum est ei q̄ mortuus esset
filius eius. et statim redijt 7 fecit extrahi ca-
daver de sepulcro. et reportauit in iudęam
et fecit nō longe a hierusalē extrui duo mau-
solea. 7 in altero reposuit corpus filij. 7 pre-
cepit cum mortua esset in altero corpus suū
reponi. et sic factū est. et adhuc apparēt vesti-
gia mausoleorū. 7 putant multi decepti. esse
mausoleum helenę matris constantini.

De visiōe quę apparuit paulo
nocte. Capitulū. LXXXV.

Unq̄ pertran-

issent misiā paul⁹ et socij eius. ve-
nerunt troadem. 7 ostensa est pau-
lo visio per noctes. Apparuit ei vir macedo
id est angelus illius gentis assimilat⁹ viro
macedoni. proprietate lingue v̄l forma spe-
ciali. stans 7 deprecans eum et dicēs. Tran-
siens in macedoniā adiuua nos. Ex hoc ver-
bo videt fuisse homo nō angelus. Nō enim

Historia

egent angeli auxilio nisi dei. Sed hoc ait angelus assumpta persona macedonum. Et autem visum vidit. statim quesivimus perficisci in macedonia. certi facti quod vocasset nos deus evangelizare eis. Et nota quod dictum est quesivimus. Hic enim primo ostendit lucas se comitem fuisse pauli. forte et nunc primo adhesit ei. vnde nusquam in precedenti ait venimus. sed ubique veniunt. et similia. Hic autem primo commiscuit se sociis pauli. vide quoque quod ubi dicitur erat vir macedo stans. Super hoc verbo macedo stans glossa habet modica. Angeli semper stare dicuntur. Cui plerique adherentes in antiphona paschali sedit angelus. emendat. stetit angelus. sed errant. Intelligendum est semper in hoc libro. cum legantur in evangelio angeli sedisse ad monumentum. Navigantes autem a troade recto cursu venimus samothracia et sequenti die philippis. quae est prima civitas macedoniae. id est. venientibus a mari prima occurrit. et erat colonia. Dicitur autem colonia civitas illa quae defectu indigenarum novis cultoribus impletur. unde et colonia quasi a novis cultoribus dicitur. Fuimus enim ibi per dies aliquot. et die sabbatorum egressi sumus extra portam iuxta flumen ubi videbatur esse locus congruus orationi. id est. locutioni vel supplicationi. Orare namque accipit et pro perorare et pro supplicare.

De recepti sunt a muliere purpuraria. Capitulum. LXXXVI.

T sedentes lo

quebamur mulieribus quae conveniant. Et mulier quedam lidda nomine. purpuraria civitatis natirenoy audiebat nos loquentes. Potest autem intelligi purpuraria quasi utens purpura. quia forsitan erat de regio semine. Vel potius purpuraria quia textrix purpure. vel quia vendebat purpuram. Cum autem baptizata esset et domus eius tota deprecata est nos dicentes. Si indicatis me fidelem. introite in domum meam et manete mecum. Et intravimus coacti. Adhuc enim ab hostibus intrare domos gentium pro vita nullo scandalo iudeorum.

De spiritu phitonico a puella eie-
cto. Capitulum. LXXXVII.

Actum est autem

exercentibus nobis ad orationem. ut obviaret nobis quaedam puella habens spiritum phitonico. Potest autem intelligi phitonissa. vel spiritum phitonico operans arte magica. vel spiritum phitonico vexata. His enim duobus modis accipitur in sacra scriptura hoc nomen. vel phitonissa dicitur. quae per spiritum phitonico suscitationem mortuorum operatur arte magica. ut quae ad petitionem saulis ab inferis vocavit animam samuelis. vel potius pro ea spiritum imundum. Haec autem species artis magicae ab apolline phitone inventa est. et ab eius cognomine cognominata est. Dicitur enim phitonissa quae a spiritu phitonico possidetur. et ea utitur quasi organo suo ad divinandum. qualiter hic potius videtur accipitur. Et erat questuosa dominis suis. quia multum percipiebant emolumentum ex divinatione ipsius. Haec subsequuta paulum et socios eius clamabat dicens. Isti homines sunt servi dei excelsi. qui annunciant nobis viam salutis. Et sic clamabat multis diebus. forte pro bonum naturae vel potius spiritu sancto spiritum phitonico ut per eam verum loqueretur virgine. Conversus autem paulus ipsa post eum clamante. dixit spiritui imundo. Praecipio tibi in nomine iesu christi exi ab ea. Et exiit ab ea quia indignus erat ut habuisset evangelium per eam spiritus mendax annunciat. Videntes autem hoc domini eius scientes. quia maximum inde sumerent incommodum. apprehenderunt silam et paulum. et duxerunt eos ad forum ad principes. et offerentes eos magistratibus dixerunt. Isti homines perturbant civitatem nostram. cum sint iudei predicantes novam quandam religionem. quam non licet nobis suscipere cum simus romani. Jam enim decretum erat a romanis. ut nullus deus de novo coleretur nisi approbante senatu. Et cucurrit plebs adversus eos et magistratus. et scissis eorum tunicis iusserunt eos virgis cedi. et flagellatos miserunt in carcerem. precipientes custodi vel diligenter custodire eos. Qui accepto mandato misit eos in carcerem interiore. pedes eorum stringens ligno.

Actuum apostolorum.

De tremotū vnde a perta sunt ostia carceris. Ca. LXXXVIII.

Edia aut nocte

m paul⁹ et silas decantabant hymnos. 7 orantes laudabant deū. Et dñ media nocte orarent subito factus ē tremot⁹. quo scz tremotū omnia fundamēta carceris cōmota sunt. ostia apta. vincula omniū qui erāt in carcere rupta. nō soli⁹ pauli 7 sile sed et alioꝝ. Expergefact⁹ ē aut custos carceris. 7 vidēs ianuās carceris aptas. euaginato gladio volebat se interficere. autumans oēs incarceratos aufugisse. Et cū esset paul⁹ in medio carceris tenebro si. videns hoc in spū exclamauit. Nihil tibi facias mali. Uniuersi enī q̄s custodiebas b sum⁹. Sciebat enī q̄ tunc volebat sibi manū injicere. qz putabat oēs incarceratos aufugisse. 7 petito lumie. a ministris introgressus est custos carceris. 7 tremefact⁹. tum p̄ bis que facta c fuerant in tremotū. tum qz itellexerat paulus q̄ se vellet interficere. p̄ci dit paulo et sile ad pedes. 7 educens eos de carcere ait. Quid me dñi oportet facere vt saluus fiam. Ad quē illi. Crede in dominū iesum. et saluus eris tu 7 dom⁹ tua tota. Et locuti sunt ei verbū dñi. et omnib⁹ q̄ erant in domo ei⁹. et tollens eos in illa hora lanit plagas eoꝝ. 7 baptizatus est. 7 sic lauit 7 lotus est.

Quo a magistratib⁹ sunt dimissi. Capitulum. LXXXIX.

Unqz perdu

c xisset eos ī domū suā. apposuit eis mēsa 7 letat⁹ ē cū omni domo sua credēs in deū. Et cū dies fact⁹ esset miserunt magistratus nuncios ad custodes carceris dicētes. Dimitte homīes illos tanq̄ despectos. Dimittebant autez illos ne plures crederent. qz iam innotuerat eis miraculū. Et nunciavit custos carceris verba hęc paulo Miserūt magistrat⁹ vt dimittamini. Nunc igitur exeuntes ite in pace. Ad quē paulus Miserunt nos in carcerē flagellatos publice. licet indemnos hoīes romanos. id est.

romano imperio subiectiōne censicapite p̄fessos. 7 libertate romana donatos. 7 nunc occulte nos eijciunt

Qd sic sed veniant ipi et nos eijciāt. Et cū renūciatū esset b magistratib⁹ timuerūt audito q̄ roma

Et sic in eos publica fuit manuum iniectio. ita et publica fiat electio.

ni essent. Et veniētes eduxerūt eos. 7 rogabant vt egrederent de vrbe. Et exiētes trāsierunt p̄ liddam. 7 visis frīb⁹ psolati sūt eos et inde profecti venerūt thessalonicam. vbi erat synagoga iudgoꝝ. Paul⁹ aut⁹ vt cōsueuerat introiuit synagogā. 7 p̄ tria sabbata disseruit eis d̄ scripturi s̄ pdicans xpm mortuū et resurxisse. Et crediderunt aliqui ex eis. et adiuncti sunt paulo 7 sile et mulieres nō pauce. et de profelitis 7 gentib⁹ multitudine magna. zelantes aut iudgi et assumētes quosdam malos de vulgo. cōcitarunt ciuitatem aduersus eos.

De inuidia iudeoꝝ iason accusatus est. Capitulum. XC.

Venientes in

e domū iasonis apud quē hospitati fuerāt. querebant eos producere ī populū. et nō inuentis eis putātes eos a iasone fuisse occulta ots. traxerūt iasonē 7 q̄sdā fratres ad p̄ncipes ciuitatis dicētes. Isti sūt qui vrbe concitant quos suscepit iason. et ipsi succipientes eos faciūt contra decreta cesaris. regem alterū dicentes esse q̄ cesarem. et concitauerunt p̄ncipes aduersus eos. Et accepta satisfactōne a iasone 7 ceteris dimiserunt eos. Forte iason 7 alij fratres negauerunt se suscepisse eos. 7 si confessi sūt satisfecerunt. 7 p̄ noctē dimiserunt paulū et silā in beroen. Et introierunt in synagogam iudgoꝝ. et predicauerunt ibi. et multi de beroensibus crediderunt et mulieres honeste non pauce.

Quid paulus athenis fecerit. Capitulum. XCI.

Audierūt iu

e dgi q̄ erāt thessalonicē. q̄ a paulo

predicare verbū dei in bēroē. 7 venērūt illuc concitantes multitudinē. Et statim dimiserūt paulū frēs vt irēt vsq; ad mare. q; magl psequēbant eū iudei. eo q; cēt dux verbi. Silas autē et thimothe⁹ remanserūt ibi. Qui sāt deducebāt paulū pduxerūt eū vsq; ad athenas. 7 videns ciuitatē idolatrię deditā. cito remisit ad thimotheū et silam vt venirēt ad eū. 7 venerūt. Et disputabant cū paulo epicurei. q; ponebant fcllicitatē hōis in sola corporis voluptate. et stoici q; in sola animi virtute. Et inter se dissidentes in ipugnatiōe apli vnanimiter consentiebant dicentes. Quid vult seminiuerbius iste dicere. Vere paul⁹ seminatur verbo. 7 erat sed messor morum. d; hmoi mēssione expectaus vberem fructum. Alij autem dicebant. Nouozū demonioz videtur annunziator esse. Et apprehēsi duxerūt ad ariopagū. i. ad vicū martis. i. q; scz erat templū martis. q; athenienses singulos vicos denominauerūt a dijs quos colebant. vt vicū in q; colebat mars. vocabant ariopagū. q; ariot dicit mars. Vicū i quo colebant pan. vocabant panopagus. 7 ita a singulis dijs singulos vicos denoiabant. Erat autem vicus excellentior ariopagus. quia ibi erat curia magistratuū. 7 scholę liberalium artium.

De ara ignoti dei Capitulum .XCII.

Cum eēt pau

e lus i presentia philosophoz dicebant. Noua qdā infers aurib; nostris. Possū scire q; est hęc noua doctria q; d; posses rōnem reddere sup bis q; dicitis. Stās g; paul⁹ in medio ariopagi ait. Viri atheniēses p oia indico vos supersticiosos. Preteries enī vidi silacra vestra. Int cetera aut inueni arā. cui⁹ supscriptio erat hęc ignoto deo. vel ignoti dei. Ac si dicat. Hęc ara dedicata est ignoto deo. Singulis enī aris supponebat titul⁹. indicans cui essent dedicate. Hūc inquit deū ignotū cui hanc aram cōsecrastis ego annuncio vobis. Hic est de⁹ q; fecit mundū 7 oia q; in eo sūt. in q; vivim⁹ mouemur et sum⁹. Quō aut h; ara

illi deo ignoto psecrata est. historia actuum apostolorū nō prosequit. ideo nostrū est hoc supplere. scz dicere.

De philoso phi atheniēses dixerūt deū nature pati La. XCIII.

Je enī domini

d cę passianis philosophi q; athēis erāt vidētes tenebras. factas super vniūsa supficiē terre. nō potuerūt cām earū inuenire in naturalib; causis. Tandē ad h; inducti sūt. vt dicerēt q; de⁹ nature patiebat. Et dixerūt athenienses. Cōstituam⁹ arā illi deo. 7 dedicata est ara. 7 supposit⁹ est titul⁹ ignoto deo. Et cū vellēt offerre holocausta 7 victimas illi deo ignoto. dixerūt philoso phi. Bonoz nroz nō eget. s; facietis genu flexiones aī arā ei⁹ 7 supplicabit ei. q; nō querit oblationē pecozū. s; deuotionē aīoz. Hūc deū ignotū annūciabat eis paul⁹ asserens eū mortuū fuisse. 7 resurrexisse. 7 ascēdisse in celū. in fine orbē iudicaturū. Et cū p; dicaret resurrectionē mortuoz. quidā irridebant. Quidā aut nec respuebāt nec recipiebant dicētes. Audiē⁹ te de h; iterū. Et exiit paul⁹ de medio eoz. 7 quidā adherentes ei crediderūt. Inter q; s; fuit dionysi⁹ ariopagita. quē postea ordinauit apostol⁹ episcopus corinthioz. Cuius conuersionis modum quia pretermittit historia actuum apostolorū nostrū est supplere.

De dionysio ariopagita.

Capitulum. XCIII.

De dionysio

i mgi erat in ariopago. quānis ad exhortationem pauli de facili crediderit. tñ nō nisi post longam disceptationem pauli pessus est se credere. S; post multam disceptationē. dñ adhuc cū paulo disceptaret. forte trāsijt cecus p viā corā eis. Et statim ait dionysi⁹ paulo. Si dixerit huic ceco in noie dei cui vide. 7 viderit. ego statim credam. S; ne vtaris vbis magicis. quia forte nosti verba q; habeant hmoi efficaciam. ego prescribā tibi formā vboz. hac inqt forma verborū dices ei. In noie iesu christi nati de

Actuum apostolorum.

virgine crucifixi. mortui. q̄ resurrexit. et ascēdit in celū. vide. Et vt oēs tollerēt suspicio p̄cepit paul⁹ dionisio. vt ip̄e eadē v̄ba p̄ferret. Et in ea forma v̄boꝝ dixit dionisi⁹ ceco vt videret. et statim vidit. et dionisi⁹ p̄fess⁹ ē se credere. Et cum p̄dicaret paul⁹ athenis. et multos p̄uertisset. venit chorinthū. et ibi inuenit quendam iudeū noīe aquilā cū vxore ei⁹ priscilla. q̄s sepe cōmemorat ap̄ls. vbi salutat amicos suos. Isti nup̄. venerūt de italia iudeis omnib⁹ ex edicto claudij impatoris de regno ei⁹ exire cōpulsis. eo q̄ vxorem ei⁹ agrippinā p̄ nimia familiaritate quā habebat cū eis adeo traxerant ad ritus suos. vt iam in daicaret. Et hospitat⁹ ē paul⁹ ap̄ aquilā et priscillā. eo q̄ eandē artē exerceat quā et ip̄e p̄suerat exercere. de p̄prio labore manuū sibi victū acquirēs. s̄. artem scenofactoriā. Faciebant enī tentoria siue papilionēs q̄ necessaria erant indigenis terrē. p̄p̄t̄ imoderatū calozē. vel cōmeantib⁹. Et dicitur ars scenofactoriā. a scenos q̄ d̄ interpretat̄ vmbra. vel s̄m alios a scenos q̄ d̄ interpretatur funis. Erant enī famicularij. Et cū venissent silas et timothe⁹ de macedonia vbi dimiserat eos. p̄dicabat paul⁹ instant̄ v̄bū euāgelij coadiuantib⁹ illis. Et vilipēdētibus iudeis p̄dicatōnē. iuxta q̄d p̄ceperat dñs excussit puluerē de pedib⁹ in testimonium dicens illis. Mund⁹ sū a sanguine v̄ro q̄ quantū in me fuit. volui vos renocare ab impietate v̄rā. Sed q̄ p̄tinaces estis trās eo ad gentes. Et migrās inde transiit ad domū cuiusdā gentilis nomine titi. cui⁹ dom⁹ erat p̄iuncta synagoga. Nec est intelligendū hoc de tito. cui ap̄lus epl̄as scripsit q̄ ei⁹ fuit discipul⁹. quē etiā cretensē episcopum ordinauit. Et p̄uersus ē crispus archisynagogus cū vniuersa familia sua. ille sc̄z d̄ quo ap̄stolus ait scribens ad corinthios. Grās ago deo meo. q̄ neminē ex vobis baptizauit nisi crispū et gainū. Et multi corinthioꝝ audientes p̄uersionē ei⁹ crediderūt et baptizati sunt. Et apparuit dñs paulo p̄ visionē dicens. Noli timere s̄ loquere et ne taceas. q̄a ego tecū sū. et nemo apponet manū. vt noceat tibi. et fuit ibi p̄ annū et sex menses.

Quia iudei cōcitauerūt gallionē in paulū. Capitulum. .XCV.

Resurrexerūt er

go vnanimit̄ iudei ī paulū. et eraxerūt eū ad p̄fetiā gallionis q̄ erat p̄curator achię regionis. in q̄ erat chorinth⁹. Et accusauerūt eū q̄ p̄ legē p̄dicaret. et locut⁹ est gallio ad eos. Si argueritis hōiem istū de aliq̄ scelere manifesto. sup̄ eū iudicare. S̄z q̄ disceptatio ē de lege v̄rā non curo iudicare. Et videntes gentiles q̄ nō faueret p̄curator parti iuueoꝝ corā eo apprehēderūt sostenē p̄ncipē synagoge. et p̄cutiebant eū. et nihil horū erat cure p̄curatori. Paul⁹ aut̄ cū adhuc sustinisset in dies multos. et eēt in cencriis. q̄ est port⁹ corinthi ascēsurus nauē vt nauigio veniret ī syriā. totondit comam quā nutrierat. q̄ fuerat naçare⁹ ex voto. Naçarei eī ad t̄p̄s ex voto comā nutriebant. et cōpleto t̄p̄e voti radebant. et ī ignē sacrificij ponebāt. Quidā codices hñt totō d̄erūt. An quidā hoc referūt ad aquilam et priscillā. S̄z augustin⁹ et bieronim⁹ ad paulum hoc referunt.

Quia paulus disputabat ephesi contra iudeos.

Capitulum. .XCVI.

Et venit paul⁹

in syriā ducēs secū aqlā et p̄scillā. Et cū venisset ephesum. ingressus synagogā disputauit cū iudeis. Et rogātibus illis vt cū eis ampli⁹ remaneret nō p̄sensit. Sed valefaciēs fratrib⁹ p̄fect⁹ ē ab epheso dimittēs ibi aquilā et priscillā. et ip̄e p̄ambulauit galaciā et frigiā p̄firmādo fr̄es. Et cū eēt ephesi aqlā et priscilla. venit ephesus quidā iude⁹ noīe appollo alexandrin⁹ genere. vir facund⁹ et peritus in scripturis. Iste baptizat⁹ erat baptismo iohānis. et iam credebatur xpm eē messiā in lege p̄missus. et recte sc̄tiebat de patre et filio. sed nihil adhuc audierat de sp̄s̄sancto. Et cum viderent eum aquila et priscilla fiducialit̄ p̄dicatē. assūplerūt eum. et diligent̄ exposuerūt ei vnū deū. Quā aut̄ baptizauerint eū baptismo

Actuum apostolorum

christi. nō legit. Cū autē apollo vellet redire corinthū. aquila et priscilla et ceteri fideles qui erant ephesi. scripserunt fidelibus qui erant corinthi. ut susciperent eum. nec abhorrent eum tanquam iudeum. Et cū venisset corinthū. multum contulit fratribus qui erant corinthi. Vehementer enim iudeos convincebat. vñ multum confirmati sunt fratres.

Quō baptizati sūt qui baptisma iohannis acceperāt. Ca. XC VII.

Actū est autē

f cū apollo eēt corinthi. ut paulus pagratis superioribus partibus veniret ephesū. et inueniret quosdam discipulos a iohanne baptizatos. nondum tamen confirmatos. quia post baptismum non acceperant manuum impositionem et interrogavit eos. Accepistis ne spiritum sanctum credentes. id est manuum impositionem qua datur spiritus sanctus. Ad quem illi. Sed nec de spiritu sancto mentionem audivimus. Ad quem ille. Non sufficit baptismus iohannis. Et statim baptizati sunt in nomine domini iesu christi. Et cum imposuisset eis manus post baptismum acceperunt spiritum sanctum. et loquebantur variis linguis. Et quidam eorum prophetabant predicantes futura. Erant autem omnes fere christiani. forte christiani. vel christiani. erant et est appositum fere ad testamentum. Et predicavit ibi paulus apostolus cum fiducia ad tres menses. disputans et suadens de regno dei. Et quod prius prohibitus fuerat a spiritu sancto predicare in asia minori. nunc eodem spiritu sancto inspirante predicabat ephesi. Ex quo patet quod admiranda sunt iudicia dei. Cū autem predicaret ephesi quidam obstinati et incredulitate pertinaces maledicebant doctrine eius coram multitudine. Discedens autem ab eis segregavit secum discipulos. disputans in schola cuiusdam tyranni. nobilis. vel forte nomen proprium est illius a quo produxerat domum. in qua docebat discipulos suos. tanquam reges scholas. et hoc fecit per biennium. Et in eodem biennio scripsit epistolam primam ad corinthios. Et faciebat deus magnas et multas virtutes per manus eius. ita ut sanarentur languidi quibus supponebantur semicincie. Dicunt autem semicincie vestes tantum ab uno latere pendentes. vel quaedam conchas. vel quaedam

capitulum ornameta. vel quaedam generis sudarium quod habet utuntur. quod laborantium sudor abstergitur. Depotestate nominis iesu.

Capitulum. XCLVIII.

Adētes autem

v quidam exorciste qui ad invocationem nominis iesu paulus eijceret demones excogitauerunt uti eadem forma verbo et ad ejectionem demonis. quia licet per exorcismos salomonis demones eijcerent. non tamen absque labore multo. sed quibusdam herbis et gemis adhibitis. ut tradit iosephus. Ut ergo facilius eijcerent demones. adiurabant eos in hunc modum. Adinro vos per iesum quem paulus predicat. et sic exhibent demones ab obsessis. Erant autem septem filii sceue principis sacerdotum. qui precipue admirabant demones in hunc modum. Et dum quadam die adiurarent demones ut exiret de corpore obsessio. respondit eis demon. Iesum novi et paulum novi. sed vos qui estis. Et insiliens in eos. exterminavit eos. Et increpuit fama per universas regiones. et incussus est timor omnibus exorcistis et magis. ut non auderent amplius in hunc modum demones adiurare. Et congregati sunt omnes magi qui per artem magicam imperabant demonibus. et combusserunt libros suos ante pedes pauli. Postea paulus proposuit ire hierosolymam et in deromam. Premisit autem thimotheum et crastinum in macedoniam. ad preparandas collectas quas erat delaturus in hierosolimam. ad usus pauperum qui erant in hierosolimam. Ipse autem ad tempus remansit in asia minori.

De tumultu excitato per demetrium. Capitulum. XCIX.

Facta est in te

e poro illo turbatio magna in epheso demetrius enim argenteum quod faciebat edes et imagines argenteas dianę convocavit operis eiusdem opifices. et locutus est eis in hunc modum. Scitis quia de huiusmodi artificio multum nobis lucrum comparamus. Paulus autem predicat non esse deos manufactos. Si ergo inualuerit eius doctrina nihil amplius lucrabimur. et etiam templum magne dia

ne p̄nihilō reputabit̄. 7 maiestas eius de-
struet̄ quā veneratur vniuersus orbis. Et
statim ira repleti clamauerūt vnanimi-
t̄ discurrentes p̄ ciuitatē Magna diana ephē-
sior̄. Et rapto gaio 7 aristarcho socijs pau-
li. p̄traxerūt eos in theatrū. spectaculū scilz
in quo rei puniebant̄. Et cū paul⁹ hoc au-
dito vellet venire in theatrū. nō formidās
se morti obijcere. dissuasū est ei a q̄busdā
amicis suis p̄pter p̄uentū populi. Postq̄
aut̄ cessauit tumult⁹. vocatis paulus disci-
pulis exhortat⁹ est eos. 7 valefaciens eis p̄-
fect⁹ ē in macedoniā. 7 inde athenas. Ubi
cum fuisset trib⁹ mensib⁹. posite sunt ei insi-
dię a iudeis in syriā nauigaturo. scientib⁹
q̄ deferret collectas. Olim cū esset vacuus
viator nō p̄posuerūt illi insidias. Habuit
igit̄ consiliū vt reuertere in macedoniam
vt ita vitaret insidias. Quidā enī d̄ socijs
eius p̄fecti sūt recta via. Et p̄cedentes nos
dicit lucas sustinuerūt nos troade p̄ circū-
tum venientes. Nos hō nauigauim⁹ post
dies aq̄imoz philippis. q̄ ē prima ciuitas
macedonię. 7 in q̄nq̄ dieb⁹ venim⁹ troadē
vbi demorati sumus septē dieb⁹. Vna aut̄
sabbati cū pendinarem⁹ disputabat pau-
lus cū eis in crastino p̄fecturus. 7 protra-
xit sermonē in mediā noctem. 7 erant lam-
pades copiosę in cenaculo vbi congregati
eramus.

De mortuo resuscitato a paulo Capitulum C.

Cum sederet

e q̄dā adolescens sup fenestram et
grauaretur somno. cecidit de ter-
tio cenaculo deorsū. 7 sublat⁹ de terra obla-
tus est paulo mortuus. 7 dicebat euticus.
Ad quē cū descēdisset paul⁹ icubuit sup eū
et cōplexus eum ait. Nolite turbari. Anīa
enī ipsius in eo est adhuc. Hoc autem ait
vt tolleret desperationē ab eis. Simili ver-
bo vsus est domin⁹ dicens. Puella non est
mortua. sed dormit. Et suscitatus est adole-
scens. 7 gustauit cibum 7 p̄fortat⁹ est. Sic
inter verba p̄dicatiōis occurrit occasio cu-
rationis. vt ostensione miraculi confirma-

retur doctrina pauli. 7 vt arti⁹ infingeretur
eor̄ mētib⁹ memoria magistri ab eis disces-
suri. Nos aut̄ ascendētes dicit lucas nauī-
gauim⁹ in asson. vt ibi expectarem⁹ paulū
sic enī disposuerat ipse p̄ terrā interim iter
facturus. Et cū redisset ad nos. assumpto eo
venimus miletū. Proposuerat enī paulus
in transitu nauigare ephesū. morā nō factu-
rus. Festinauit enī si possibile esset. vt ī die
p̄tecostes esset hierosolymis. A miletō t̄n
nō nauigauit. sed misit ephesuz. 7 vocauit
maiores ecclie. Et vocati venerūt miletū. 7
exhortatus est eos dicēs se ascēdere hieroso-
lymā. Ecce inq̄t alligat⁹ spū. i. spū sancto.
ad id me coartate vado in hierosolymā. q̄ ventu-
ra ibi mihi sunt ignorās. licet spū sanctus
mihi p̄ alios p̄testet. qz vincula 7 tribula-
tiones me ibi manent. Alijs enī reuelauit
spū sanct⁹ de ipso qd̄ nō ipsi. S; nihil
inq̄t hor̄ vereor. nec facio aiām meā. i. vi-
tā tpalem p̄ciosiorē q̄ me. i. q̄ aiām meā
dūmodo consummē cursū meū. 7 ministeri-
um qd̄ accepi a dño iesu testificari euange-
liū gratie dei. Et tunc ecce scio qz ampli⁹ nō
videbitis faciē meā. Et post multā exhorta-
tōnē positis genub⁹ vna cū oib⁹ illis orauit.
Et p̄cumbentes sup collū pauli flētes oscu-
labantur eū. dolentes maxime de eo qd̄ dice-
rat. qm̄ faciē ei⁹ nō erant amplius visuri.
7 deduxerunt eū vsqz ad nauē. Et abstra-
cti ab eis trāseuntes multas vrbes et regio-
nes venim⁹ tirum. vbi mansimus. vij. dieb⁹
inuentis ibi discipulis quibusdā p̄ spūm
p̄pheticū paulo p̄dicentibus. q̄ illi euentu-
